



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Domus Æternitatis**

Reserata, Et Ad Ingrediendum Quotidie Memorïæ cogitationibus,  
Intellectûs considerationibus, ac voluntatis affectibus Aperta ; Serviet  
quoque pro Concionibus; uti & pro Exhortationibus, in Agoniae Domini  
Sodalitatibus

Domus Æternitatis Damnatae

**Dirckinck, Johann**

**Coloniae Agrippinae, 1713**

2. Locus tormentorum damnatae æternitatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50700)

18 *Domus aternitatis Consideratio*  
gio calamitosa summè cavenda! O terra  
cavea, foveaque detestanda quis à te non  
abhorreat? *O regio dura & gravis, regio*  
*extimescenda, regio fugienda, terra obli-*  
*vionis, terra afflictionis, terra miseria-*  
*rum, in qua nullus ordo, sed sempiternus*  
*horror inhabitat.* Totus horreo & con-  
tremisco, dum te considero. S. Bern, ser-  
de 5. regionibus.

## CONSIDERATIO II.

Locus tormentorum damnatæ  
æternitatis.

*Ne & ipsi veniant in hunc locum tor-*  
*mentorum, Lucæ c. 16. 28.*

4. Julii.

I. **C**onsideranda est singularis Spiritus Sancti charitas, & benevo-  
lencia, qui ut nos magis, magisque à do-  
mo maledictæ æternitatis absterreret, in  
sacris paginis, aliis atque aliis nominibus  
& symbolis eandem adumbravit: nunc  
enim gehennam appellat, nunc puteum  
abyssi, nunc locum tormentorum. Per-  
pendamus singula, ut ea toto corde aver-  
semur.

femur. Primò quidem nuncupatur *gehenna*: nam Redemptor noster Matth. c. 5. 29. inquit: *Reus erit gehenna ignis.* Et Marci c. 9. 42. & Lucae c. 12. 5. & rursum Matth. c. 5. 29. ait: *Expedit tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum, mittatur in gehennam*: ibidemque in sacrificium immoletur diabolo, ignibus cremandum sempiternis. Gehenna enim est locus incendii, quæ dicitur *preparata ab heri*, id est, ab initio mundi. Est *profunda*, prope centrum terræ sita: est *dilatata*, multorum millionum reproborum capax: *nutrimenta ejus ignis & ligna multa*, seu sulphur æternum: & *flatus domini succendens eam*: id est Spiritus procellosus, ad acuendum ignem ibi divinitus excitatus, eandem inflammat. Isaïæ c. 30. 33. O gehenna dura ac dira, verèque metuenda.

II. Consideranda deinde est origo, cur inferni profundum appelletur *gehenna*. Est autem hæc. Judæi idolo Moloch, sive Saturno, non absque parricidio horrendo, & idololatria detestanda, filios suos comburendos offerebant in valle,

valle, quæ à possessoribus, seu filiis Ennom, gehennam, seu vallis Ennom dicta fuit. In hac valle, statua concava idoli Moloch stabat, latas habens manus, cui puer immolandus imponebatur; qui igne statuæ intrinsecus injecto, comburebatur. Idem locus vocabatur quoque *Topheth*, à toph, id est tympano, quo Sacerdotes & ministri idoli pulsabant; ut à parentibus puerorum ejulatus audiretur; moverenturque ad commiserationem. Infernus verò ob similem crudelitatem, & incendium, à Christo Domino nostro appellatur *gehenna*; ubi diaboli per Moloch adumbrato, mortales innumeri, etiam à parentibus, filii, æternè comburendi immolantur. O crudelitas execranda!

III. Ut autem stygius ille Moloch homines comburat igne avernali in gehenna; prius hinc adurit eos igne concupiscentiæ; innumeros parat laqueos, tendit incautis decipulas, seminat zizania, spargit scintillas, & suscitât flammâs omnium vitiorum: Audite Augustinum serm. 4. *Quid malignius*, ait, *quid nostrum*  
adver

*adversario nequius? Qui posuit in celo bellum, in paradiso fraudem, odium inter primos fratres, & in omni opere nostro zizania seminavit: nam in comestione posuit gulam: in generatione luxuriam: in exercitatione ignaviam; in conversatione invidiam, in gubernatione avaritiam, in correctione iram, in dominatione superbiam. In corde posuit cogitationes malas, in ore locutiones falsas; in manibus operationes iniquas. In vigilando movet ad prava opera; in dormiendo ad somnia turpia: letos movet ad dissolutionem; tristes autem ad desperationem: sed ut brevius loquar: omnia mala mundi ejus pravitate sunt commissa. O quot hominum miliones, hostis ille vafer, per flammam hanc concupiscentiæ, detrudit ad flammam gehennæ! O quot modos & vias, quot artes & technas reperit, animas incautas sibi & orco immolandi, ignibusque perpetuis devovendi!*

*Parænesis.*

**O** Adæ posterii! in concupiscentia nati, originalis peccati fomite infecti,

22 *Domus eternitatis. Consideratio*  
fecti, atque in harum flammarum periput  
cula coniecti: *Resistite Diabolo & fugiet*  
*à vobis. Jacobi c. 4. 7. Extinguite ignem*  
concupiscentiæ, & sopietis ignem gefun  
hennæ. Attendite vobis, ne igne avasol  
ritiæ, gulæ, luxuriæ, aliûsve vitii, vosmetexi  
ipfos aduri sinatis, & sic in candente pro  
Moloch manus incidatis. Attendit An  
quoque prolibus vestris, ne eas idolo An  
Moloch, sive diabolo, impiè sacrificetis cen  
id est, ne eas in hæresi, libidine, furtis, acla  
liûsve peccatis educari, aut adolefcere sape  
natis: *Injustum est enim, ait S Gregorius*  
*servire Diabolo, qui nullo placatur obsequio:*  
*sed pro vilibus donis suis, tam præda*  
*tiosas, tamque calamitosas ac funestas de ma*  
*poscit victimas sibi immolandas. Scilicet*  
vos ipsos, liberosque vestros, pretiosos  
Jesu sanguinè redemptos.

s. Julii.

I. **P**ERpende deinde alterum symbolum  
lum, sub quo gehennam nobis  
Spiritus sanctus, in sacris paginis, ob ope  
culos ponit: nimirum putei profundique  
simi. Nam Apoc. c. 9. 1. Nuncupatio  
putei Pa

per puteus abyssi. Data est ei, inquit S. Joan-  
 fugines, clavis putei abyssi; & aperuit pu-  
 gnetum abyssi & ascendit fumus putei, sicut  
 m g fumus fornacis magna, & obscuratus est  
 e avasol, & aër de fumo putei, & de fumo putei  
 sme exierunt locustæ in terram. l. c. Hæc  
 enteprophetia est de fine mundi, quando  
 ndit Angelo quinto tubâ canente, stella, id est  
 idol Angelus bonus de cælo in terram des-  
 cetis cendet, tanquam minister Dei, habens  
 is, & clavem putei abyssi, & potestatem eum  
 ere sapientiendi. Deinde ex hoc puteo aver-  
 oriuali prodit fumus, quasi è fornace magna,  
 obscurat æterna aut vesuvio, id est, furibun-  
 præ ac dirissimæ Dæmonum in homines  
 us demachinationes. Et obscuratus est sol &  
 ilicet. Id est excæcatæ sunt hominum  
 tiolentes, ne cælum suspicerent, sed proni  
 erram spectarent. Et de fumo exierunt  
 ocusta: sive Dæmones locustarum spe-  
 tiem monstruosam induti, ut in homines  
 mbo omnes vires suas exerant. Hæc fiet in  
 nobis fine mundi, quando Solveretur Sathanas  
 ob Apoc. c. 20. 3. ejusque Dæmones; ut  
 undi quemadmodum nunc modo invisibili  
 patit homines tentant ac vexant; ita tunc spe-  
 putei Pars III. B cie

24 *Domus aeternitatis. Consideratio*  
cie visibilia invadent & cruciabunt.  
Cornelius in hunc locum.

II. Sed ingredi paulisper & luff  
hunc abyssi puteum ; & stupebis :  
enim plenus igne, fumo, locustisque ho  
rendis Dæmonum, ore hiante præd  
expectantium : est refertus bufonibus  
serpentibus, scorpionibus & draco  
bus immortalibus : est putidus, foetid  
horrendus, nullo auræ purioris fl  
permeabilis : Est profundissimus, in  
damnati omnes accumulatur, & in  
victimarum, in iræ divinæ sacrifici  
exaggerantur ; aliique aliis velut p  
dera ponderibus, aut saxa saxis super  
duntur : adeoque tot milliones dam  
torum sibi incumbentes velut mo  
gravissimam, ac *massam plumbeam*  
char. c. 6. 8. sustinere coguntur. O  
midabilis puteus abyssi ! O pondus  
nâ gravius !

III. Cogita, quale hoc erit torm  
tum damnatis : instar plumbi immob  
ter jacere ; & licet pustulis, ulceribus  
& apostematibus pleni sint, tot tam  
millenis ac millenis successivè in h  
puteus



puteum illabentibus, magis magisque  
 opprimi ac gravari: æstima obsecro,  
 quænam hæc sit pœna: podagrâ labo-  
 rans, horres accedentis conspectum &  
 clamas, noli me tangere: ô quis cru-  
 ciatus erit tot millionum corporum mo-  
 le obrui. O mi lector! si forte, dum  
 hæc legis, peccato lethali obstrictus es;  
 cogita, quomodo te Deus supra hunc  
 puteum terribilem, quasi capillis suspen-  
 sum teneat; & qui fieri potest, ut non to-  
 to corpore contremiscas? Dic, quæso,  
 quid ageres, si quis ex alta turri te su-  
 pensum teneret, imminentem puteo,  
 quem dicebam, draconibus referto: an  
 non te illi commendares cum gemitu,  
 fletu, & ejulatu, cæterisque animi do-  
 lentissimi significationibus, quas un-  
 quam edere possit cor trepidantis, ne ma-  
 num laxaret, teque demitteret?

*Invectiva.*

**E**T tu Peccator vesane & excors, vi-  
 de quid in his circumstantiis posi-  
 tus, agas? Deus te suspensum tenet su-  
 pra puteum abyssæ, ignibus & Draconi-  
 bus

26 *Domus aternitatis. Consideratio*  
busignitis plenum: & loco petiti  
ac fletûs, ne manum laxet; tu tanta  
protervix & arrogantia, ut eidem in  
tes, contra eum pugionem stringas; ne  
scelera sceleribus addas; tamque  
audacter eum offendere audeas. O ph  
nesis intolerabilis! Si Deus vel mome  
to manum removerit, cades; non in  
teum Draconibus refertum, qui te  
vorent, & post hoc non habent ampli  
quod faciant; sed corrues in puteum  
hennæ, ubi cum corpore & anima, a  
gus Draconibus mordeberis & flam  
torqueberis, totâ æternitate. O dia  
sapere! disce periculum tantum app  
hendere: & ne sis in posterum de nun  
ro illorum; qui audacter provocant Deum  
Job.c.12.6.

*6. Julii.*

I. **C**ONSIDERA denique quòd gehenna  
& puteus abyssi tartareus, uju  
quasi equuleus, tortura, & locus om  
pœnarum ac suppliciorum genere refert  
tissimus: ideòque à divite Epulone, mer  
ritò appelletur: *Locus tormentorum*

dum ait *Ne & ipsi* [ *Fratres mei* ] *ve-*  
*niant in hunc locum tormentorum.* Lucæ  
 c. 16. 28. Omnia enim tormenta ac sup-  
 plicia in eo, veluti in centro suo requief-  
 cunt: adeoque majore vi & energiâ ibi  
 phollent, ac majore accrimoniâ, quàm  
 aspiciam agunt. In hoc suppliciorum  
 loco est omnis boni absentia, omnis ma-  
 i præsentia, omnis miseræ confluentia.  
 Nulla ibi redemptio, nulla consolatio,  
 nulla peccatorum remissio, nulla salutis  
 & veniæ spes; nulla mitigatio, nulla in-  
 remissio tormentorum, aut tortorum  
 diassitudo; sed continua afflictio, tortura  
 assidua & perennis laniena.

II. In hoc *tormentorum loco*, est om-  
 nium pœnarum excogitabilium colle-  
 ctio: ibi est locus ipse omnino terribilis,  
 cetor abominabilis, cruciatus intolera-  
 bilis, luctus & gemitus effabilis. Ibi  
 est privatio omnis auxilii, desperatio  
 omnis, ujusvis remedii; Societas nunquam re-  
 concilianda, ærumna, angustia & pœna  
 nunquam terminanda. Ibi est vita sem-  
 per moriens, & mors semper vivens; ibi  
 tanta calamitas, tanta suppliciorum  
 crudelitas.

28 *Domus aternitatis. Consideratio*  
crudelitas, tanta cruciantium inhumani-  
nitas; ut miserabilium damnatorum san-  
ta, non vita, sed mors dira, & agon  
perpetua, meritò dici debeat. *Quare*  
*mortem & non invenient eam, & desu-*  
*rabunt mori & mors fugiet ab eis.* Apo  
c. 9. 6. *Ibi erit tortor cadens, vermis etor-*  
*rodens, ignis consumens, peccata deteg-*  
*tur, rei punientur, & hoc totum perentur*  
S. Aug. L. de spir. & an. ro

III. Denique in hoc loco tormentorum  
singula scelera propriis ac diversis sui-  
tigitur suppliciis. Ibi enim superbi  
omni confusione replentur: ibi ad-  
miserimâ egestate arctantur: ibi hor-  
diosi ardentibus stimulis incitantur: fili-  
galosi siti & fame cruciantur: ibi luro-  
ciosi & voluptatum amatores ard-  
pice & fœido sulphure perfunduntur  
ibi iracundi & invidi, sicut furiosi cubu-  
ululant; adeoque ibi erit una hora gvin-  
vior in pœna, quàm hîc centum annâ te-  
amarissima pœnitentia. Thom. Kesua  
L. 1. c. 24. Unde damnatis illud Jona  
mix convenit: *Insanabilis est fractio*  
*vestra; pessima plaga vestra; plagâ*

humili percussi estis castigatione crudeli, in-  
sanabilis est dolor vester. c. 36. 12.

*Zelus animarum.*

**O** Quis tam vecors, & amens erit! ut  
se, suosque à tot ac tam atrocibus  
tormentis eripere, non totis viribus alla-  
boret? Si ipse Dives Epulo, sepultus in  
inferno, positus in medio flammarum  
rogo, rogat Patriarcham Abrahamum;  
ut mittat Lazarum in Domum Patris  
suis, moneatque quinque Fratres, *ne &*  
*super ipsi veniant in hunc locum tormentorum.*  
al. c. Quantâ curâ, fervore, zelo, monere,  
hortari, terrere, rogare debes, tu Pater  
filios, tu Domine servos, tu Pastor Pa-  
triarchochianos, tu Magister Discipulos; tu  
Concionator Auditores, tu Conscientiæ  
lunarbiter, pœnitentes; *ne & ipsi veniant in*  
*hunc locum tormentorum*; Id nisi pro  
viribus præstiteris; Deus animas eorum  
annâ te repetet: *Ipse impius in iniquitate*  
*resua morietur, sanguinem autem ejus, de*  
*manu tua requiram.* Ezech. c. 3. 18.